



Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. CIL. Romana hæreditatis de Mussis. De fideicommisso ordinato in casu criminis læsæ Majestatis divinæ vel humanæ, an purificatu[m] dicatur ex eo quod gravatus facerdotem occiderit, Et an ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

esse per viam pœnæ pro delicto seu contraventione, quibus terminis retentis, certum videbatur, quod ponderata in objectum bene procederet; Cautius autem videri, ut qualitas delicti seu imputationis deduceretur tanquam conditio, sub qua fideicommissum ordinatum erat, quod scilicet testator desideraverit penes institutos, ac substitutos qualitatem vitæ innocentis, & gratiæ Principis, sine quibus successio obtineri vel retineri non posset, dum posuerat in conditione non solum patrationem, quæ cum perfecta probatione justificanda esset, sed etiam imputationem, cujus conditio purificata erat, stante nedum processatione, sed etiam subsequuta arcta & rigorosa carceratione, quæ in hujusmodi præsertim personis adeo qualificatis, atque in eo Principatu primariam ac magnatitiam figuram facientibus practicari non solet, nisi urgentibus gravibus inditiis, quæ generaliter pro cuiuscumque carceratione requiruntur, ex deductis per *Farinac. q. 27. nu. 111. cum sequen. Rovit. super pragm. 1. de custodia reorum & communiter.*

Ponderando in proposito eam differentiam, quam infra in *Bonon. de Fontana, & in Civit. Castell. disc. 157. & 158.* aliisque ibi proximis, habemus de fideicommissis ordinatis in casu alienationis, quod aliud est considerare alienationem tanquam delictum ad effectum caducitatis ac fideicommissi pœnalis, aliud verò eandem tanquam conditionem sub qua substitutio ordinata sit; Et magis proximè ea quæ habemus supra in *Romana fideicommissi de Cuppis, & Bonon. de Bonifolii disc. 63. & 64.* cum ibi proximis super exclusione Religiosorum, seu vitæ ecclesiasticæ profitentium, quod si illorum exclusio consideraretur tanquam pœnalis, utique dispositio irrita remaneret utpote turpis, bene tamen subsisteret tanquam conditionalis seu qualificativa, quod scilicet testator noluit ejus hereditatem possideri nisi per habentes qualitatem status sæcularis, & sic quod clericatus vel vita religiosa importaret successioneis amissionem, non per viam pœnæ sed per viam deficientis qualitatis, juxta ea quæ in proposito incapacitatis clericorum assequendi, vel retinendi feuda sæcularia habentur in sua materia *sub tit. de feudis disc. 54. cū similibus*; Ac etiam ponderatis iis quæ habentur supra in *Bonon. fideicom. de Guidotti disc. 44.* super exclusionem mulierum, quæ uxorate essent, ita tollendo objectum viduitatis in jure damnaræ; Et conferunt, quæ proximè infra habentur in *Neapolitana hereditatis & in Romana heredit. de Rubens disc. 154 & 155.* inter conditionem & modum eam similibus.

Sincerè tamen pro stylo insinuabam, hujusmodi considerationem, deducibilem quidem pro dicto honesto fine parandi ac facilitandi concordiam, continere consuetas Advocatorum & Confulentium subtilitates, & acumina, nullatenus verò subsistere, quamvis n. distinctio sit vera, præmissis aliis casibus rectè adaptabilis, non tamen erat applicabilis ad casum, quoniam juxta ea quæ habentur deducta in tunc jam disputata *Romana hereditatis de Musis disc. sequen. & in aliis proximè sequentibus*, hujusmodi substitutiones respiciunt certum finem ac effectum, impediendi scilicet confiscationem, unde propterea ipsis gravatis ac delinquentibus potius favorabiles dicuntur ob spem reintegrationis, & ex qua ratione magis receptum est legitimam quoque compræhendi ex deductis *d. disc. 160. sub tit. de Regal.* Et consequenter ubi effectus confiscationis non resultat, solum delictum non sufficit, quamvis verum ac probatum esset; Fortius verò ad

effectum præsentis controversiæ, quæ non erat hærede delinquentis veniente jure sacrosancto erat eum eo in quem ipse vivens bona dicitur vel hypothecaverat, adeo ut etiam si factus casus confiscationis, fisco tanquam hæres commolus teneretur ad observantiam contractus fraudem initi ante delictum ex deductis *disc. sub tit. de Regal.* Unde propterea aliud non potest videri motivum probabile, nisi vel invaliditatis donationis, vel alterum fideicommissi restitutorii ex voceatione filiorum in conditione positurum, etiam ad portionem patris, quæ laudabam, stante quod testator ulterorem portionem dederat, ut procederet magis per transmissiois, quæ facillius inducitur, quam per vocacionis quæ ubi non est ad portionem patris sed patris, est longe difficilior, juxta ea quæ habentur supra in *Firmana disc. 98. & in aliis proximis*; meritò autem erat causa commoda digna.

ROMANA
HEREDITATIS
DE MUSSIS.

PRO

PIO FRANCISCO DE RUBENS

CPM

CAROLO MUSSO.

Causa decisiva de Rotam pro Francisco.

De fideicommissis ordinatis in casibus criminis læsæ Majestatis divine & humanæ, an purificatum dicatur eo quod gravatus sacerdotem offenderit; Et an huiusmodi substitutionibus locus fiat ex solo delicto, quoque eo quod sequatur effectus confiscationis.

SUMMARYM.

- 1 **F**acti series.
- 2 De confiscatione bonorum ob homicidium.
- 3 Homicidium in persona Sacerdotis an dicatur læsæ Majestatis.
- 4 Solum delictum, nisi sequatur, confiscatio non sufficit substitutioni.

DISC. CIL

Nicolaus Musso celeberrimus conditor Cornelio Musso Episcopo Bivertina quoque truo magno non inferior, aliisque virtutibus scientiis ornatissimus, mihi arcta familiaritate junctissimus, cum floridissimi ingenii Carolus ex fratre nepos ab eo dilectus, ob aliquam

De
ne
testan
ca
ca
9

sentia levitates ex suo malo fato ejus indignationem incurrisset, in eo statu moriens, heredem instituit Pium Franciscum Rubeum ex sorore nepotem, cui in solo casu delicti læsæ majestatis divinæ vel humanæ ob quod confiscatio vel sequestrum bonorum resuleret, substituit præfatum Carolum, quem etiam cum quibusdam considerabilibus legatis honoravit; Cumque casus dedisset, quod dicitur Pius Franciscus à quodam Sacerdote verbis injuriolis, ac factis provocatus, pro ejus vitæ ac honoris defensione potius, quam ex proposito offendendi, aggressorem occidisset, unde Curia Archiepiscopalis Neapolis eum declaravit incursum in excommunicationem contentam in canone, *Si quis suadente diabolo*, Curia verò secularis M. C. V. eum non culpabilem nec punibilem judicavit; Hinc præterece cepit Carolus factum esse eam substitutionis, & introducta causa in *Rota coram Celfo*.

Pro actore scribentes dicebant, quod licet testator substitutionem restrinxerit ad casum criminis læsæ majestatis divinæ vel humanæ; Attamen potius demonstrativè quam taxativè recipiendum erat, cum ipse principaliter respexerit ad impediendam confiscationem per sequestrationem bonorum ad commodum fisci, unde propterea substituta voluntatis potius, quam cortex & figura verborum spectanda est. Cumque pœna confiscationis pro quocumque homicidio saltem de consuetudine vel sequestratio intrat ad text. in l. 1. & ibi gloss. verb. *gravid* C. de acquirendis rebus cum concord. per *Farinac* q. 11 nu. 4. *Bonacoss.* com. opin. crim. nal. verb. *confiscatio*; *Tysius* cod. verbo *confiscatio* conclus. 714 num. 25. *Marcabr.* conf. 93. num. 97. & per *tor.* qui per eos allegebantur, hinc proinde evenisse dicebant substitutionis casum, præsertim cum ageretur de homicidio cum circumstantia aggravante, in persona scilicet sacerdotis, quod sacrilegium reputatur ex deductis per *Carolus de Grasis* de effectibus clericatus, eff. 9. nu. 9. *Menoch.* de arbitrar. casu 339. num. 15. ideoque facilius ratione gravitatis delicti intrat confiscatio *Peregr.* de jure fisci lib. 5. tit. 1. num. 24. *Giovan.* conf. 94. num. 5. lib. 1. quos & alios in proposito adducebant.

Ac ubi etiam verborum formulæ inherendum esset, subdebant adhuc factum esse casum criminis læsæ majestatis, quale reputatur homicidium commissum in persona Sacerdotis, qui ulterius erat Officialis Nuntiaturæ Apostolicæ, deducendo *Gigan.* de crimine læsæ Majestatis lib. 1. q. 2. *Bologn.* conf. 75. *Boer.* in tract. de seditionis s. præsupposito etiam. num. 7. Et fortius dum testator erat sacerdos, quem omnino verisimile est homicidium in persona sacerdotis abhoruisse, unde propterea ad ejus voluntatem interpretandam spectanda erat id quod verisimiliter testator responderet, si loqui posset.

Pro reo convento scribens, cum sensu etiam veritatis profus vanam maleque consultum hujusmodi prætensionem dicebam, cum solo fundamento ab eisdem scribentibus in contrarium deducto, quod admissum retorquebam, testatorem scilicet respexisse effectum impediendi confiscationem, qua non intrante, solum delictum substitutioni locum non aperit, ut cæteris allegatis firmatur per *Rotam* dec. 97. nu. 1. post primam librum conf. *Farin.* alias apud *Marchesan.* par. 1. fol. 1287. *Romana* si. deicom. de *Crispoldis* 12. Junij 1647. coram *Rotas* inter suas decif. 238. num. fin. *Romana* fideicommissi 19. Junij 1651. *Orthob.* inter suas decif. 258. nu. 13. & 14. quoniam quando duæ conditiones copulativè adji-

ciuntur, utriusque purificatio necessaria est, at que una non sufficit, potissimè ubi realiter contemplatus est magis effectus quam ipsa conditio, ut in decisione.

Et propterea cum nedum confiscatio vel sequestratio sequatur non essent, sed potius Cùtia secularis eundem reum non culpabilem neque punibilem declaraverit, attentio quod ferè in vitis, pro vitæ ac honoris defensione tale homicidium patraverat, hinc dicebam quod versabamur extra omnem difficultatem.

Ponderando præsertim, testatorem respicientem ad solum effectum impediendi confiscationem vel sequestrationem bonorum, quodammodo mysteriosè se restrinxisse ad prædictos casus læsæ majestatis divinæ vel humanæ veræ ac propriæ, non autem impropriæ ac per latitudinem vocabuli, quoniam cum ipse natales habuerit in provincia *Bateni*, in qua hæres domicilium etiam habebat, ibique vel alibi in Regno bona hæreditaria possidens hinc rectè sciebat, non nisi his casibus præstari in eo Regno formalem confiscationem quæ pro aliis delictis ignota est, ac propterea reputando puerilia, ea quæ circa sacrilegium vel crimen læsæ majestatis per quamdam improprietatem deducebantur super homicidio in persona sacerdotis, ubi præsertim non est intuitu vel occasione sacerdotii, atque non agitur de delicto appenato, sed vel non punibili utpote ad defensionem, vel saltem extraordinariæ ac levi pœnæ subiecto, utpote calore iracundiæ ex justa & excusabili provocatione, ita in solo fundamento non sequuti effectus per testatorem considerati, insistendo; Atque cum eodem sensu processit *Rota* quæ contra actorem respondit sub die 27. Aprilis 1652. inter illas impressas ejusdem *Celfi* decif. 147. & reflectendo ad veritatem, justa visa est resolutio, cui actor aliquo modico ab agentibus pro reo accepto acquievit.

ROMANA

SEV &c.

OFFICIORVM

P R O

FILII DELINQUENTIS

C V M

D A T A R I A.

Casus sopitus per concordiam.

Ordinata in testamento duplici substitutione in casu mortis, & in casu delicti & confiscationis, si deinde in codicillis testator dicat revocare onus substitutionis, ita ut bona hæredi libera remaneant, An revocata censetur, vel potius subsistat substitutio in casu delicti & confiscationis, Et